Zacharias papa ivit in Franciam, petens presidia a rege Francorum, ad expellendum Longobardos, quia Austulfus rex Italiam duriter opprimebat. Cui Sergius invasor ecclesie fuit, et ab omni populo Ravennate depositus est. [Alii dicunt de Sergio videlicet: his vero peractis, contigit post aliquantum tempus, Sergium archiepiscopum Ravennatem de hac vita migrasset, et statim surgens Michaelius scrinarius ipsius ecclesie, qui nullo sacerdotali fungebatur honore, profectus est Ariminum ad Mauritium ducem Ariminensem. Et congregans ipse nephandissimus Mauritius exercitum, et una cum presidio Desiderii regis Longobardorum properavit, et ingressus est Ravennam et brachio forti elegit predictum Michaelium et in episcopio Ravennate introduxit ecclesie, et Leonem archidiaconum, qui electus erat in episcopio, Ariminum deportans, ibique in arta custodia mancipatum isdem Mauritius detineri fecit. Sicque predictus Leo in monasterio sancte Agathe martiris postea deductus, ibidem per triduum ob dolorem oculorum suorum effoditionem vitam finivit.]

a) Cui – est eadem manu in marg. suppl.
b) ravennates
d) uncis incl. alio atram. post in marg. infer. suppl.
e) in m. bis scr.
d) nom
c) spatium vacuum

De Leone archiepiscopo XLII

Leo XLII. Iste ex isto fuit Forli, non multum procera statura. Sepultus fuit in . . . . .